

CHRONICA VARIA

137

Tresque necans alios horrendum mandat ad Orcum.

Ast ubi membra viri sunt evacuatae cruore
Felicem moriens transmisit ad pthera flatum.
Occubuit Garathas Rubei Guidonis in hasta,
Indiguitque sui Cliton Suberanus amoris,
Cui latus Abbatis transjecit lancea dextrum,
Cervicemque viri mucrone resolvit, & agri
Pulvere projectum pedibus submissit equorum.
Extincti socius ferventi concitus ira
Te Viviane petit violentus ob arma Galindus,
Et jugulare cupit pro morte libenter amici;
Non fugis audacem venientis militis ictum,
Præsentemq; virum properantem sternis in hasta,
Consortemque necis vite conjungis amico.
Albacione fatus clarus Lanfrancus ob arma
Filius obstantem Pedum feriendo peremis.
Hinc Arabis fugientis agens cum cuspidi libos
Compulit hunc leva sella de parte labare.
Rarus eques, densusque pedes de parte marina
Barbaricos cuneos pugna stridore coarctat,
Pugnatumque terit summis conatibus hostem.
Alpheti pedites Domino præstante vigorem
Hic plures faciunt ensis seu cuspidis ictus.
Ictibus attrite cum jam tolerare nequirent
Prælia, barbaricæ redeunt ad tecta phalanges,
Et firmant duro ferratas obice valvas.
Menibus inclusis discurrens undique Rector
Anxius imperitat, maneant, ne, cardine clauso,
In campum redeant, & prælia dura reposcant,
Ac repetant duros patriis pro legibus hostes
Et nec deficiant, nec vinci se patiantur,
Proponens laudis quantum victoria præstet,
Et quantum tribuat victoribus utilitatis,
Quantaq; cum damnis sedent oprobria victos,
Quos fugit omne decus, quos deserit omnis
honestas
Servitium, dolor, hinc tristia quæq; sequuntur;
Et lacrymans adjurat eos per delubra regni,
Ne metuant populos, quos lex Machamatis odit,
Sed sic decertent devincere, quatenus ipsos,
Et sub perpetuis valeant retinere catenis,
Qui se nec ne suum cupiunt disperdere regnum.
Hec ait, & cunctis animos viresque reducit.
Nortantur Proceres regem, prohibentq; timere,
Atq; mori spondent potius quam cedere bello,
Signa capit Burabe; referatur dextera porta,
Prosiliunt turmæ, properant ab bella manipli.
Dispositis signis Burabe jam stabat in agro;
Durus agebat alas dextræ vexilla cohortis,
In levo cornu torvo curante Corace.
Plena dabant voces humano classica flatu,
Nec tuba bella movens, nec buccina defuit ulla.
Cum sic dispositos sanctæ videre cohortes,
Directis igitur properant in prælia signis,
Et dextram pariter fatigunt invadere portam,
Densus & innumerus fuerat qua barbarus
hostis,
Quæ quoq; Phœbe tuos claros spectabat ad ortus.
Jam Guilielmus adest dominus montis Pefulani,
Qui rata signa dabat, clara comitante caterva;
Et velox tantis fœse confictibus offert.
Dux Herbonensis de nomine dictus avito
Fulgentes acies decoratas milite fortis
Præcipit ante suos properanter fistere vultus.
Nominat ille suos, largos quoque spondet honores,
Quos videt audaces geminato robore firmat,
Signiferumque monet nullo trepidare timore,
Anteq; fraternas promptum contendere turmas.
Juxta Raymundus pugnam festinus adibat
Cui sedes Arelas, cui Balcia tellus origo.
Hic Arelatenes promptos in prælia firmans

138

Admonet ut nolint de posterioribus esse.
Petrus ad hanc item Grossus non segnius ibat,
Hortaturque suos equites post cuspidis ictus
Ne sint immemores inimicos ense ferire.

Concurrent partes, miscentur utrumque manipli;

Saxa ruunt, volitant densissima pila per auras,
Martia signa canunt, subeunt ad sydera voces,
Ira, furor mixtos inter se concitat hostes,
Telorum nimbis clÿpei, galeæque teruntur,

Arma sonant armis, micat ictibus horridus enis,

Vulneribus missa fatiatur sanguine tellus,

Labentumq; tegunt extincta cadavera campos.

Henricum Milgdas poscunt Neriusque, sed ejus

Prædurus clÿpeus jaculum propellit utrumque.

Hos validos equites Dertosæ finibus ortos

Cum Sigonundiade Guinithone creatus utroque

Transfodiens, ambos de tergis sternit equinis,

Atque ferus Periton socius necis esset eorum,

Subsidiatorem Baleæ quem Corduba misit,

Cum centum sociis Hispana per equora vectum,

Ni faciendo fugam citius flexis et habendas.

Tunc Erithone fatus Danaen, Gerardus Arontæ,

Viribus insignes prostrarunt consul uterque.

Difsecat obstantes cuneos tunc Balcius heros

Prosternens Arabem perimitque terendo Co-

stellum.

Beltraminus fratrem stravit Nilgona Coracis,

Ugo de Landa penetravit cuspidé Tagum,

Et tulit ense caput: post hæc juvenilibus actus

Viribus Umberti cadit Alcimionius Imon.

Sed Petri fratris dejicit dextra Nicalem.

Urget equum Sacrifa potens Ramundus,

hastæ trans

Neliobem valido percussum (foditat) ictu,

Compedemque rapit pretii non vilis habendum,

Armigeroque suo gemmatas tradit habendas.

Tunc Ildebrandus consul dirum Niceronta

Transfodiens ferro, per pectus dirigit hasta,

Vexillumq; trahit madefactum sanguine Mauri.

Petum Parlasu bello quem miserathora

Agreditur Balager, grandi retro pellitur ictu

Militis Alpheti, peuta percussus ab hasta,

Ad socios igitur fugiendo retorquet habenas,

Transfigit hasta Pusii vibrata lacertis.

Nicæus ense cadit, quem Gelli filius Oddo

Viribus assumptis ictu transferberat.

Insignes equites Pefulani montis ad istos

Adveniunt ictus, Guilielmi signa sequentes.

Dalmaticus castrensis ibi Molphenida letho

Subpositum fecit per acutæ cuspidis ictum,

Et muſi vetuli miles Sichardus Emonem

Petrus Amunta petens, Bernardus Amunte

creatrum

Proscilunt perimuntque simul Froccardia proles

De villa Bæsi Machumata vasta Guidelmi

Lancea transficit, tum Berengarius Oran

Verunæ miles perimit sociatque gehennæ

Tu Raymunde Midan, cui præbet Eradius ortu,

Dertofane cava foræas penetrate Vilemī

Cuspidi, cui sedes fuerat Pinianica tellus.

Dux Aimericus speciosus clarus in armis

Occupat obstantes fervente vigore catervas,

Cui ferus Alcimio fatis properando sinistris

Occurrit cupiens ulcisci funera nati.

Prævenit hunc Atacis ductor, nec deviat ictus;

Per pectus volat hasta tenax umbone forato,

Occlit, & moriens præmordet dentibus herbæ.

Fraxinus Henrici te pectoris Atila fixit

In medio, ferrum vitalia cuncta retraxit.

Et Pusii frater Lambertus Agranta peremis,

Minæ ab Esculea dictus Rainutiushora

Horrendum nimium fixit Ricapeçora Carben,

Inque